

quod nos, priuilegia et libertates,, religiosarum dominarum abbatisse, et sanctimonialium, jn monte beate virginis, quas super bonis suis omnibus, de dominis nostris karissimis E[rico] et W[aldemaro], quondam ducibus swecie illustribus, habere dinoscuntur, roboramus, ratificamus, et Tenore presentis confirmamus, Prout dictorum dominorum E. et W, patentes littere, super hoc confecte, lucidius attestantur,, Prohibentes firmiter et districte, ne quis, ipsas seu bona ipsarum, contra hanc ipsorum et nostre libertatis gratiam, eis indultam, impetere, grauare, vel molestare, presummat(!), seu quomodolibet impedire,, Prout gratiam nostram diligere voluerit inoffensam,, Datum stokolmis, Anno domini, M^o CCC^o, decimo octauo,, Die lune proxima, ante festum beati laurencii martiris,, nostris sub sigillis.

Sigillen, på remsor, klippta ur brefvet, N. 1 skadadt, N. 2 bortfallet.

2160.

1318 d. 29 Aug.

Biskop ISRAEL i Westerås lägger en gård i Svalstad, vid Nyköping, samt en läst spanmål af Biskopens tionde i Leksand under Kaniken Thidemans prebenda, till ersättning för de gods och lägenheter, hvilka Biskop Peter fråntagit samma prebenda.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Frater JSRAEL diuina miseracione arosiensis episcopus, salutem in domino sempiternam Quia in nostra, nostri- que Capituli presencia, dominus Thidemannus Canonicus noster sepius proposuit, et constanter asseruit, possessiones quasdam, et bona prebende sue, per venerabilem patrem dominum karolum predecessorem nostrum fundate, alienata fuisse per dominum petrum successorem dicti domini K. que succesores dicti Canonici, per decursa tempora pacifice possederant et quiete, Alienauit enim Curiam in Frøslundum cum molendino et omnibus pertinenciis eiusdem curie, tam mobilibus quam immobilibus, cum nouem oris terre in haslubek, permutacionem quandam cum nepote suo Nicolao cristineson faciens, tradendo dicto Nicolao predicta bona, pro medietate quarte partis montis cupri, quam mense episcopali applicuit, et subiecit. restitutionem seu recompensacionem semper promittens canonico, quam antequam viam vniuerse carnis ingressus est, non valuit ut voluit adimplere. Quedam eciam alia bona ad predictam prebendam spectancia jdem episcopus petrus sibi retinuit, sili- cet quartam partem silue in fuldýriu, et septem solidos terre in ødnesten, et vnum pratum dictum galtathegh, de quo annuatim recipit Octoginta plaustra feni, restitutionem ut premittitur minime faciens ut promisit, memoratus

canonicus nos de restitutione predictorum bonorum crebro sollicitans, sibi a nobis de premissis iusticiam instanter fieri postulauit, Nos igitur post crebras ipsius querulaciones diligenti et sufficienti, cum Capitulo nostro, inquisitione super hoc prehabita, inuenimus pro bonis dicte prebende, quamuis minus iuste ablatis, restitutionem seu recompensationem aliqualem factam non fuisse, Quapropter cum sibi teneamur paterna prouisione consulere, ne sibi in suo jure deesse uideamur, de consensu nostri Capituli. Curiam in svalstadhum prope Nykøpfung quam germanus meus dominus Johannes angelus ecclesie nostre cathedrali pro remedio anime sue reliquit et contulit, cum vna lesta annone, de decima nostra in Leksand, in recompensationem equialencium bonorum predictorum, dicto Canonico decreuimus faciendam, et in perpetuum curauimus assignare, saluo jure tam nostri successoris quam successoris canonici qui pro tempore fuerit, si super hiis post dies nostros, quidquam duxerint ordinandum, vt autem hec robur firmitatis obtineant, petimus sigillum venerabilis patris, domini archiepiscopi vpsalensis hic apponi, In quorum eciam euidentiam sigillum nostrum, et sigillum Capituli nostri presentibus sunt appensa, Datum Anno domini. M^o. CCC^o. XVIII^o. in die decollacionis beati johannis baptiste.

Sigillen: N. 1 och 3 (andliga) mycket skadade; N:o 2 borta, remsan kvar.

2161.

1318 d. 10 Sept.

Wisby.

Notarien OTTO och HERMAN SILKENTOP appellera, å Maria församlings i Wisby vägnar, till Påfven mot de Gottländska Tredingsprostarnes förmodade beslut att sätta församlingen i bann, på grund af ett från Biskop Carl ankommet bref rörande afgifterna till församlingens ena kyrkoherde, Hr Göbelinus, på hvilka afgifter Biskopen låtit lägga seqvester intill dess den påstående och till Påfven förut vädjade tvisten om rättigheten att tillsätta kyrkoherde blifvit afslutad.

Vidim. afskr. på perg. i domkyrko-arch. i Wisby*).

In nomine domini amen, Nos OTTO notarius et HERMANNUS SILKENTOP procuratores parochianorum ecclesie beate virginis in wisby, verisimiliter formidantes quod prepositi trium prouinciarum terre gotlandie virtute quarumdam litterarum quas se sub certo siggillo episcopi recipisse testantur, quas non vidimus, nec de eis nobis fides aliqua facta fuit, super exhibendo et committendo possessionem obuencionum *) medietatis nostre ecclesie domino

*) Ur en vidimation af d. 30 Oct. 1318, der äfven nästföljande bref förekommer, af lika innehåll, med undantag af sjelfva början och följande variationer: *) exhibicionum. —